Secunda ratio procedendi cum Alumnis habetur in Responsis, et declarationibus nonnullorum Emorum Cardinalium S. Congnis de Propaganda Fide de anno 1661. emanatis

Vt nullus ex Collegijs Pontificijs, quae in Italia sunt, quovis titulo aut colore ejiciatur absque Licentia Emi Protectoris, Extra Italiam vero Sedis Aplicae Nuntij.

Tertia ratio procedendi cum Alumnis habetur in Decretis Sac. Congnis de Propaganda Fide sub 26. Januarij 1669.

Vt ijs Alumnis, qui post praestitum Juramentum, abeundi Licentiam petent, liber pateat exitus, dummodo tamen in suo robore remaneat Juramentum quod praestiterunt, et priusquam abeant alimentorum ejs datorum expensas Collegio restituant.